


I A C O B I
P A M E L I I
A R C H I D I A C O N I
A V D O M A R E N S I S ,


De Religionibus diuersis non admit-
tendis in vno aliquo vnius Regni,
Monarchię, Prouincię, Ditionis, Re-
publicæ, aut Ciuitatis loco,

Ad Ordines Belgij Relatio.



A N T V E R P I A E ,
Ex officina Christophori Plantini ,
Architypographi Regij .
M. D. LXXXIX.





Ex Collectione Chingfordensis
Collectione Quatuor Amicorum
Ex Libris S. J. M.

ILLVSTRISSIMO,
OPTIMO, FELICI, PACIFE-
RO, Fortissimoque Alexandro
Farnesio, Parmæ ac Placentiæ
Principi, Belgij Gubernatori,
Belliique Duci, Domino suo
obseruandissimo.



*Vum anno abhinc octa-
uo, quæ tunc Gandavi in-
ter reliquos Ordines Bel-
gij & Status Hollandiæ
& Zelādiæ inita fuit pacificatio, post
ipsum statim exordium, inter cetera
contineret, in cōuentu proximo Ordi-
num Belgij rebus pacatioribus cōvo-
catos iri Ordines omnes totius Belgij,
in quo conuentu tractaretur de Reli-
gionum diuersarum in Hollandia ac
Zelandia admittenda nec ne libertate*

A 2 auf

DE RELIGIONIBVS
DIVERSIS NON ADMITTENDIS
in vno aliquo vnius Regni , Monarchiæ,
Prouincie, Ditionis, Reipublice aut Ciuita-
tis loco, ad Ordines Statuū Belgij Relatio.

CAPVT I.

*Quod non possint non inter se perpetuo disti-
derē diversæ Religiones.*

PRÆCIPUA , Patres Conscripti , cur
non sint admittendæ plures in vna
Monarchia Religiones , ratio illa
est , quod vel Redemptoris nostri
Christi testimonio , ut præteream alia quæ hac
de re adferri possint testimonia , Omne regnū
diuīsum contra se , desolabitur ; & omnis ci- Matth. 12.
Lac. 11.
& 17.
uitas vel domus contra se diuīsa , non stabit .
Caussam (vt experientiam rerum magistrum
omittamus , de qua latius postea) alibi recēset
Christus : Nemo enim , inquit , potest duobus Matth. 6.
dominis seruire , contraria (interprete D. Eu-
thymio) iubentibus . Aut enim vnū odio ha-
bebit , & alterum diligit ; aut vnum sustinebit ,
& alterum contemnet . Non potestis Deo ser-
uire & Mammonæ . Quod etsi de diuitiarū
idolo diūtum sit , non malè etiā in idololatriæ
sextarumq; omnium auctore diabolū adapta-
tur , sicuti expressius (vel Tertulliano teste) Lib. de Spec. c. 26. n. 193
Diuus